

Chapter 1

^{1:1} in mense octavo in anno secundo Darii factum

est verbum Domini ad Zacchariam filium

Barachiae filium Addo prophetam dicens

^{1:2} iratus est Dominus super patres vestros

iracundia

^{1:3} et dices ad eos haec dicit Dominus exercituum

convertimini ad me ait Dominus exercituum et

convertar ad vos dicit Dominus exercituum

^{1:4} ne sitis sicut patres vestri ad quos clamabant

prophetae priores dicentes haec dicit Dominus

exercituum convertimini de viis vestris malis et

cogitationibus vestris pessimis et non audierunt

neque adtenderunt ad me dicit Dominus

^{1:5} patres vestri ubi sunt et prophetae numquid in

sempiternum vivent

^{1:1} In the eighth month, in the second year of king Darius, the word of the Lord came to Zacharias the son of Barachias, the son of Addo, the prophet, saying:

^{1:2} The Lord hath been exceeding angry with your fathers.

^{1:3} And thou shalt say to them: Thus saith the Lord of hosts: Turn ye to me, saith the Lord of hosts: and I will turn to you, saith the Lord of hosts.

^{1:4} Be not as your fathers, to whom the former prophets have cried, saying: Thus saith the Lord of hosts: Turn ye from your evil ways, and from your wicked thoughts: but they did not give ear, neither did they hearken to me, saith the Lord.

^{1:5} Your fathers, where are they? and the prophets, shall they live always?

Zachariae 1

Zacharias 1

^{1:6} verumtamen verba mea et legitima mea quae
mandavi servis meis prophetis numquid non
comprehenderunt patres vestros et conversi sunt
et dixerunt sicut cogitavit Dominus exercituum
facere nobis secundum vias nostras et secundum
adinventiones nostras fecit nobis

^{1:7} in die vicesima et quarta undecimo mense
sabath in anno secundo Darii factum est verbum
Domini ad Zacchariam filium Barachiae filium
Addo prophetam dicens

^{1:8} vidi per noctem et ecce vir ascendens super
equum rufum et ipse stabat inter myrteta quae
erant in profundo et post eum equi rufi varii et
albi

^{1:9} et dixi quid sunt isti domine mi et dixit ad me
angelus qui loquebatur in me ego ostendam tibi
quid sint haec

^{1:10} et respondit vir qui stabat inter myrteta et dixit
isti sunt quos misit Dominus ut perambularent
terram

^{1:6} But yet my words, and my ordinances, which
I gave in charge to my servants the prophets,
did they not take hold of your fathers, and they
returned, and said: As the Lord of hosts thought
to do to us according to our ways, and according
to our devices, so he hath done to us.

^{1:7} In the four and twentieth day of the eleventh
month which is called Sabath, in the second
year of Darius, the word of the Lord came to
Zacharias the son of Barachias, the son of Addo,
the prophet, saying:

^{1:8} I saw by night, and behold a man riding upon a
red horse, and he stood among the myrtle trees,
that were in the bottom: and behind him were
horses, red, speckled, and white.

^{1:9} And I said: What are these, my lord? and the
angel that spoke in me, said to me: I will shew
thee what these are:

^{1:10} And the man that stood among the myrtle trees
answered, and said: These are they, whom the
Lord hath sent to walk through the earth.

Zachariae 1

^{1:11} et responderunt angelo Domini qui stabat inter
myrteta et dixerunt perambulavimus terram et
ecce omnis terra habitatur et quiescit

^{1:12} et respondit angelus Domini et dixit Domine
exercituum usquequo tu non misereberis
Hierusalem et urbium Iuda quibus iratus es iste
septuagesimus annus est

^{1:13} et respondit Dominus angelo qui loquebatur in
me verba bona verba consolatoria

^{1:14} et dixit ad me angelus qui loquebatur in me
clama dicens haec dicit Dominus exercituum
zelatus sum Hierusalem et Sion zelo magno

^{1:15} et ira magna ego irascor super gentes opulentas
quia ego iratus sum parum ipsi vero adiuverunt
in malum

^{1:16} propterea haec dicit Dominus revertar ad
Hierusalem in misericordiis domus mea
aedificabitur in ea ait Dominus exercituum et
perpendicularum extendetur super Hierusalem

Zacharias 1

^{1:11} And they answered the angel of the Lord, that
stood among the myrtle trees, and said: We
have walked through the earth, and behold all
the earth is inhabited, and is at rest.

^{1:12} And the angel of the Lord answered, and said:
O Lord of hosts, how long wilt thou not have
mercy on Jerusalem, and on the cities of Juda,
with which thou hast been angry? this is now
the seventieth year.

^{1:13} And the Lord answered the angel, that spoke in
me, good words, comfortable words.

^{1:14} And the angel that spoke in me, said to me: Cry
thou, saying: Thus saith the Lord of hosts: I
am zealous for Jerusalem, and Sion with a great
zeal.

^{1:15} And I am angry with a great anger with the
wealthy nations: for I was angry a little, but
they helped forward the evil.

^{1:16} Therefore thus saith the Lord: I will return to
Jerusalem in mercies: my house shall be built in
it, saith the Lord of hosts: and the building line
shall be stretched forth upon Jerusalem.

Zachariae 2

^{1:17} adhuc clama dicens haec dicit Dominus
exercituum adhuc affluent civitates meae bonis
et consolabitur Dominus adhuc Sion et eliget
adhuc Hierusalem

^{1:18} et levavi oculos meos et vidi et ecce quattuor
cornua

^{1:19} et dixi ad angelum qui loquebatur in me quid
sunt haec et dixit ad me haec sunt cornua quae
ventilaverunt Iudam et Israhel et Hierusalem

^{1:20} et ostendit mihi Dominus quattuor fabros

^{1:21} et dixi quid isti veniunt facere qui ait dicens
haec sunt cornua quae ventilaverunt Iudam per
singulos viros et nemo eorum levavit caput suum
et venerunt isti deterrere ea ut deiciant cornua
gentium quae levaverunt cornu super terram
Iuda ut dispergerent eam

Zacharias 2

^{1:17} Cry yet, saying: Thus saith the Lord of hosts:
My cities shall yet flow with good things: and
the Lord will yet comfort Sion, and he will yet
choose Jerusalem.

^{1:18} And I lifted up my eyes, and saw: and behold
four horns.

^{1:19} And I said to the angel that spoke in me: What
are these? And he said to me: These are the
horns that have scattered Juda, and Israel, and
Jerusalem.

^{1:20} And the Lord shewed me four smiths.

^{1:21} And I said: What come these to do? and he
spoke, saying: These are the horns which have
scattered Juda every man apart, and none of
them lifted up his head: and these are come to
fray them, to cast down the horns of the nations,
that have lifted up the horn upon the land of
Juda to scatter it.

Chapter 2

2:1 et levavi oculos meos et vidi et ecce vir et in
 manu eius funiculus mensorum

2:2 et dixi quo tu vadis et dixit ad me ut metiar
 Hierusalem et videam quanta sit latitudo eius
 et quanta longitudo eius

2:3 et ecce angelus qui loquebatur in me
 egrediebatur et angelus alius egrediebatur in
 occursum eius

2:4 et dixit ad eum curre loquere ad puerum istum
 dicens absque muro habitabitur Hierusalem prae
 multitudine hominum et iumentorum in medio
 eius

2:5 et ego ero ei ait Dominus murus ignis in circuitu
 et in gloria ero in medio eius

2:6 o o fugite de terra aquilonis dicit Dominus
 quoniam in quattuor ventos caeli dispersi vos
 dicit Dominus

2:7 o Sion fuge quae habitas apud filiam Babylonis

2:1 And I lifted up my eyes, and saw, and behold a
 man, with a measuring line in his hand.

2:2 And I said: Whither goest thou? and he said to
 me: To measure Jerusalem, and to see how great
 is the breadth thereof, and how great the length
 thereof.

2:3 And behold the angel that spoke in me went
 forth, and another angel went out to meet him.

2:4 And he said to him: Run, speak to this young
 man, saying: Jerusalem shall be inhabited with-
 out walls, by reason of the multitude of men, and
 of the beasts in the midst thereof.

2:5 And I will be to it, saith the Lord, a wall of fire
 round about: and I will be in glory in the midst
 thereof.

2:6 O, O flee ye out of the land of the north, saith
 the Lord, for I have scattered you into the four
 winds of heaven, saith the Lord.

2:7 O Sion, flee, thou that dwellest with the daugh-
 ter of Babylon:

Zachariae 3

^{2:8} quia haec dicit Dominus exercituum post gloriam
misit me ad gentes quae spoliaverunt vos qui
enim tetigerit vos tangit pupillam oculi eius

^{2:9} quia ecce ego levo manum meam super eos
et erunt praedae his qui serviebant sibi et
cognoscetis quia Dominus exercituum misit me

^{2:10} lauda et laetare filia Sion quia ecce ego venio et
habitabo in medio tui ait Dominus

^{2:11} et adplicabuntur gentes multae ad Dominum in
die illa et erunt mihi in populum et habitabo
in medio tui et scies quia Dominus exercituum
misit me ad te

^{2:12} et possidebit Dominus Iudam partem suam in
terra sanctificata et eliget adhuc Hierusalem

^{2:13} sileat omnis caro a facie Domini quia consurrexit
de habitaculo sancto suo

Zacharias 3

^{2:8} For thus saith the Lord of hosts: After the glory
he hath sent me to the nations that have robbed
you: for he that toucheth you, toucheth the ap-
ple of my eye:

^{2:9} For behold, I lift up my hand upon them, and
they shall be a prey to those that served them:
and you shall know that the Lord of hosts sent
me.

^{2:10} Sing praise, and rejoice, O daughter of Sion: for
behold I come, and I will dwell in the midst of
thee: saith the Lord.

^{2:11} And many nations shall be joined to the Lord in
that day, and they shall be my people, and I will
dwell in the midst of thee: and thou shalt know
that the Lord of hosts hath sent me to thee.

^{2:12} And the Lord shall possess Juda his portion
in the sanctified land: and he shall yet choose
Jerusalem.

^{2:13} Let all flesh be silent at the presence of the Lord:
for he is risen up out of his holy habitation.

Chapter 3

3:1 et ostendit mihi Iesum sacerdotem magnum
stantem coram angelo Domini et Satan stabat
a dextris eius ut adversaretur ei

3:2 et dixit Dominus ad Satan increpet Dominus in
te Satan et increpet Dominus in te qui elegit
Hierusalem numquid non iste torris est erutus
de igne

3:3 et Iesus erat indutus vestibus sordidis et stabat
ante faciem angeli

3:4 qui respondit et ait ad eos qui stabant coram se
dicens auferte vestimenta sordida ab eo et dixit
ad eum ecce abstuli a te iniquitatem tuam et
indui te mutatoriis

3:5 et dixit ponite cidarim mundam super caput eius
et posuerunt cidarim mundam super caput eius
et induerunt eum vestibus et angelus Domini
stabat

3:6 et contestabatur angelus Domini Iesum dicens

3:1 And the Lord shewed me Jesus the high priest
standing before the angel of the Lord: and Satan
stood on his right hand to be his adversary.

3:2 And the Lord said to Satan: The Lord re-
buke thee, O Satan: and the Lord that chose
Jerusalem rebuke thee: Is not this a brand
plucked out of the fire?

3:3 And Jesus was clothed with filthy garments: and
he stood before the face of the angel.

3:4 Who answered, and said to them that stood be-
fore him, saying: Take away the filthy garments
from him. And he said to him: Behold I have
taken away thy iniquity, and have clothed thee
with change of garments.

3:5 And he said: Put a clean mitre upon his head:
and they put a clean mitre upon his head, and
clothed him with garments, and the angel of the
Lord stood.

3:6 And the angel of the Lord protested to Jesus,
saying:

3:7 haec dicit Dominus exercituum si in viis meis
 ambulaveris et custodiam meam custodieris tu
 quoque iudicabis domum meam et custodies
 atria mea et dabo tibi ambulantes de his qui
 nunc hic adsistunt

3:8 audi Iesu sacerdos magne tu et amici tui qui
 habitant coram te quia viri portendentes sunt
 ecce enim ego adducam servum meum orientem

3:9 quia ecce lapis quem dedi coram Iesu super
 lapidem unum septem oculi sunt ecce ego celabo
 sculpturam eius ait Dominus exercituum et
 auferam iniquitatem terrae illius in die una

3:10 in die illa dicit Dominus exercituum vocabit vir
 amicum suum subter vineam et subter ficum

3:7 Thus saith the Lord of hosts: If thou wilt walk
 in my ways, and keep my charge, thou also shalt
 judge my house, and shalt keep my courts, and I
 will give thee some of them that are now present
 here to walk with thee.

3:8 Hear, O Jesus thou high priest, thou and thy
 friends that dwell before thee, for they are por-
 tending men: for behold, I WILL BRING MY
 SERVANT THE ORIENT.

3:9 For behold the stone that I have laid before Je-
 sus: upon one stone there are seven eyes: behold
 I will grave the graving thereof, saith the Lord of
 hosts: and I will take away the iniquity of that
 land in one day.

3:10 In that day, saith the Lord of hosts, every man
 shall call his friend under the vine and under the
 fig tree.

Chapter 4

4:1 et reversus est angelus qui loquebatur in me
 et suscitavit me quasi virum qui suscitatur de
 somno suo

4:1 And the angel that spoke in me came again: and
 he waked me, as a man that is wakened out of
 his sleep.

Zachariae 4

4:2 et dixit ad me quid tu vides et dixi vidi et ecce
candelabrum aureum totum et lampas eius super
caput ipsius et septem lucernae eius super illud
septem et septem infusoria lucernis quae erant
super caput illius

4:3 et duae olivae super illud una a dextris lampadis
et una a sinistris eius

4:4 et respondi et aio ad angelum qui loquebatur in
me dicens quid sunt haec domine mi

4:5 et respondit angelus qui loquebatur in me et
dixit ad me numquid nescis quid sunt haec et
dixi non domine mi

4:6 et respondit et ait ad me dicens hoc est verbum
Domini ad Zorobabel dicens non in exercitu
nec in robore sed in spiritu meo dicit Dominus
exercituum

4:7 quis tu mons magne coram Zorobabel in planum
et educet lapidem primarium et exaequabit
gratiam gratiae eius

Zacharias 4

4:2 And he said to me: What seest thou? And I
said: I have looked, and behold a candlestick all
of gold, and its lamp upon the top of it: and the
seven lights thereof upon it: and seven funnels
for the lights that were upon the top thereof.

4:3 And two olive trees over it: one upon the right
side of the lamp, and the other upon the left side
thereof.

4:4 And I answered, and said to the angel that spoke
in me, saying: What are these things, my lord?

4:5 And the angel that spoke in me answered, and
said to me: Knowest thou not what these things
are? And I said: No, my lord.

4:6 And he answered, and spoke to me, saying: This
is the word of the Lord to Zorobabel, saying:
Not with an army, nor by might, but by my
spirit, saith the Lord of hosts.

4:7 Who art thou, O great mountain, before Zorobabel? thou shalt become a plain: and he shall bring out the chief stone, and shall give equal grace to the grace thereof.

Zachariae 5

4:8 et factum est verbum Domini ad me dicens

4:9 manus Zorobabel fundaverunt domum istam
et manus eius perficient eam et scietis quia

Dominus exercituum misit me ad vos

4:10 quis enim despexit dies parvos et laetabuntur et
videbunt lapidem stagnum in manu Zorobabel

septem isti oculi Domini qui discurrunt in
universa terra

4:11 et respondi et dixi ad eum quid sunt duae olivae
istae ad dextram candelabri et ad sinistram eius

4:12 et respondi secundo et dixi ad eum quid sunt
duae spicae olivarum quae sunt iuxta duo rostra

aurea in quibus sunt suffusoria ex auro

4:13 et ait ad me dicens numquid nescis quid sunt
haec et dixi non domine

4:14 et dixit isti duo filii olei qui adsistunt

Dominatori universae terrae

Zacharias 5

4:8 And the word of the Lord came to me, saying:

4:9 The hands of Zorobabel have laid the foundations of this house, and his hands shall finish it: and you shall know that the Lord of hosts hath sent me to you.

4:10 For who hath despised little days? and they shall rejoice, and shall see the tin plummet in the hand of Zorobabel. These are the seven eyes of the Lord, that run to and fro through the whole earth.

4:11 And I answered, and said to him: What are these two olive trees upon the right side of the candlestick, and upon the left side thereof?

4:12 And I answered again, and said to him: What are the two olive branches, that are by the two golden beaks, in which are the funnels of gold?

4:13 And he spoke to me, saying: Knowest thou not what these are? And I said: No, my lord.

4:14 And he said: These are two sons of oil who stand before the Lord of the whole earth.

Chapter 5

5:1 et conversus sum et levavi oculos meos et vidi et
 ecce volumen volans

5:2 et dixit ad me quid tu vides et dixi ego video
 volumen volans longitudo eius viginti cubitorum
 et latitudo eius decem cubitorum

5:3 et dixit ad me haec est maledictio quae egreditur
 super faciem omnis terrae quia omnis fur sicut
 ibi scriptum est iudicabitur et omnis iurans ex
 hoc similiter iudicabitur

5:4 educam illud dicit Dominus exercituum et veniet
 ad domum furis et ad domum iurantis in nomine
 meo mendaciter et commorabitur in medio
 domus eius et consumet eam et ligna eius et
 lapides eius

5:5 et egressus est angelus qui loquebatur in me et
 dixit ad me leva oculos tuos et vide quid est hoc
 quod egreditur

5:1 And I turned and lifted up my eyes: and I saw,
 and behold a volume flying.

5:2 And he said to me: What seest thou? And I
 said: I see a volume flying: the length thereof
 is twenty cubits, and the breadth thereof ten cu-
 bits.

5:3 And he said to me: This is the curse that goeth
 forth over the face of the earth: for every thief
 shall be judged as is there written: and every
 one that sweareth in like manner shall be judged
 by it.

5:4 I will bring it forth, saith the Lord of hosts: and
 it shall come to the house of the thief, and to the
 house of him that sweareth falsely by my name:
 and it shall remain in the midst of his house, and
 shall consume it, with the timber thereof, and
 the stones thereof.

5:5 And the angel went forth that spoke in me, and
 he said to me: Lift up thy eyes, and see what
 this is, that goeth forth.

Zachariae 6

^{5:6} et dixi quidnam est et ait haec est amphora
egrediens et dixit haec est oculus eorum in
universa terra

^{5:7} et ecce talentum plumbi portabatur et ecce
mulier una sedens in medio amphorae

^{5:8} et dixit haec est impietas et proiecit eam in
medio amphorae et misit massam plumbeam in
os eius

^{5:9} et levavi oculos meos et vidi et ecce duae
mulieres egredientes et spiritus in alis earum
et habebant alas quasi alas milvi et levaverunt
amphoram inter terram et caelum

^{5:10} et dixi ad angelum qui loquebatur in me quo
istae deferunt amphoram

^{5:11} et dixit ad me ut aedificetur ei domus in terra
Sennaar et stabiliatur et ponatur ibi super
basem suam

Zacharias 6

^{5:6} And I said: What is it? And he said: This is a
vessel going forth. And he said: This is their eye
in all the earth.

^{5:7} And behold a talent of lead was carried, and be-
hold a woman sitting in the midst of the vessel.

^{5:8} And he said: This is wickedness. And he cast
her into the midst of the vessel, and cast the
weight of lead upon the mouth thereof.

^{5:9} And I lifted up my eyes and looked: and behold
there came out two women, and wind was in
their wings, and they had wings like the wings
of a kite: and they lifted up the vessel between
the earth and the heaven.

^{5:10} And I said to the angel that spoke in me:
Whither do these carry the vessel?

^{5:11} And he said to me: That a house may be built
for it in the land of Sennaar, and that it may be
established, and set there upon its own basis.

Chapter 6

6:1 et conversus sum et levavi oculos meos et vidi
 et ecce quattuor quadrigae egredientes de medio
 duorum montium et montes aerei

6:2 in quadriga prima equi rufi et in quadriga
 secunda equi nigri

6:3 et in quadriga tertia equi albi et in quadriga
 quarta equi varii fortes

6:4 et respondi et dixi ad angelum qui loquebatur in
 me quid sunt haec domine mi

6:5 et respondit angelus et ait ad me isti sunt
 quattuor venti caeli qui egrediuntur ut stent
 coram Dominatore omnis terrae

6:6 in quo erant equi nigri egrediebantur in terra
 aquilonis et albi egressi sunt post eos et varii
 egressi sunt ad terram austri

6:7 qui autem erant robustissimi exierunt et
 quaerebant ire et discurrere per omnem
 terram et dixit ite perambulate terram et
 perambulaverunt terram

6:1 And I turned, and lifted up my eyes, and saw:
 and behold four chariots came out from the
 midst of two mountains: and the mountains were
 mountains of brass.

6:2 In the first chariot were red horses, and in the
 second chariot black horses.

6:3 And in the third chariot white horses, and in the
 fourth chariot grisled horses, and strong ones.

6:4 And I answered, and said to the angel that spoke
 in me: What are these, my lord?

6:5 And the angel answered, and said to me: These
 are the four winds of the heaven, which go forth
 to stand before the Lord of all the earth.

6:6 That in which were the black horses went forth
 into the land of the north, and the white went
 forth after them: and the grisled went forth to
 the land the south.

6:7 And they that were most strong, went out, and
 sought to go, and to run to and fro through all
 the earth. And he said: Go, walk throughout the
 earth: and they walked throughout the earth.

Zachariae 6

6:8 et vocavit me et locutus est ad me dicens ecce
qui egrediuntur in terram aquilonis requiescere
fecerunt spiritum meum in terra aquilonis

6:9 et factum est verbum Domini ad me dicens

6:10 sume a transmigratione ab Oldai et a Tobia
et ab Idaia et venies tu in die illa et intrabis
domum Iosiae filii Sofoniae qui venerunt de
Babylone

6:11 et sumes argentum et aurum et facies coronas
et pones in capite Iesu filii Iosedech sacerdotis
magni

6:12 et loqueris ad eum dicens haec ait Dominus
exercituum dicens ecce vir Oriens nomen eius
et subter eum orietur et aedificabit templum
Domino

6:13 et ipse extruet templum Domino et ipse portabit
gloriam et sedebit et dominabitur super solio suo
et erit sacerdos super solio suo et consilium pacis
erit inter duos illos

Zacharias 6

6:8 And he called me, and spoke to me, saying:
Behold they that go forth into the land of the
north, have quieted my spirit in the land of the
north.

6:9 And the word of the Lord came to me, saying:

6:10 Take of them of the captivity, of Holdai, and of
Tobias, and of Idaias; thou shalt come in that
day, a shalt go into the house of Josias, the son
of Sophonias, who came out of Babylon.

6:11 And thou shalt take gold and silver: and shalt
make crowns, and thou shalt set them on the
head of Jesus the son of Josedec, the high priest.

6:12 And thou shalt speak to him, saying: Thus saith
the Lord of hosts, saying: BEHOLD A MAN,
THE ORIENT IS HIS NAME: and under him
shall he spring up, a shall build a temple to the
Lord.

6:13 Yea, he shall build a temple to the Lord: and
he shall bear the glory, and shall sit, and rule
upon his throne: and he shall be a priest upon
his throne, and the counsel of peace shall be be-
tween them both.

6:14 et coronae erunt Helem et Tobiae et Idaiae et
Hen filio Sofoniae memoriale in templo Domini

6:15 et qui procul sunt venient et aedificabunt
in templo Domini et scietis quia Dominus
exercituum misit me ad vos erit autem hoc si
auditu audieritis vocem Domini Dei vestri

6:14 And the crowns shall be to Helem, and Tobias,
and Idaias, and to Hem, the son of Sophonias, a
memorial in the temple of the Lord.

6:15 And they that are far off, shall come and shall
build in the temple of the Lord: and you shall
know that the Lord of hosts sent me to you. But
this shall come to pass, if hearing you will hear
the voice of the Lord your God.

Chapter 7

7:1 et factum est in anno quarto Darii regis factum
est verbum Domini ad Zacchariam in quarta
mensis noni qui est casleu

7:2 et miserunt ad domum Dei Sarasar et
Rogomelech et viri qui erant cum eo ad
deprecandam faciem Domini

7:3 ut dicerent sacerdotibus domus Domini
exercituum et prophetis loquentes numquid
flendum mihi est in mense quinto vel sanctificare
me debeo sicuti feci iam multis annis

7:1 And it came to pass in the fourth year of king
Darius, that the word of the Lord came to
Zacharias, in the fourth day of the ninth month,
which is Casleu.

7:2 When Sarasar, and Rogommelech, and the men
that were with him, sent to the house of God, to
entreat the face of the Lord:

7:3 To speak to the priests of the house of the Lord
of hosts, and to the prophets, saying: Must I
weep in the fifth month, or must I sanctify my-
self as I have now done for many years?

Zachariae 7

^{7:4} et factum est verbum Domini exercituum ad me
dicens

^{7:5} loquere ad omnem populum terrae et ad
sacerdotes dicens cum ieiunaretis et plangeretis
in quinto et septimo per hos septuaginta annos
numquid ieiunium ieiunastis mihi

^{7:6} et cum comedistis et cum bibistis numquid non
vobis comedistis et vobismet ipsis bibistis

^{7:7} numquid non sunt verba quae locutus est
Dominus in manu prophetarum priorum cum
adhuc Hierusalem habitaretur et esset opulenta
ipsa et urbes in circuitu eius et ad austrum et in
campestribus habitaretur

^{7:8} et factum est verbum Domini ad Zacchariam
dicens

^{7:9} haec ait Dominus exercituum dicens iudicium
verum iudicate et misericordiam et miserationes
facite unusquisque cum fratre suo

Zacharias 7

^{7:4} And the word of the Lord of hosts came to me,
saying:

^{7:5} Speak to all the people of the land, and to the
priests, saying: When you fasted, and mourned
in the fifth and the seventh month for these sev-
enty years: did you keep a fast unto me?

^{7:6} And when you did eat and drink, did you not eat
for yourselves, and drink for yourselves?

^{7:7} Are not these the words which the Lord spoke by
the hand of the former prophets, when Jerusalem
as yet was inhabited, and was wealthy, both it-
self and the cities round about it, and there were
inhabitants towards the south, and in the plain?

^{7:8} And the word of the Lord came to Zacharias,
saying:

^{7:9} Thus saith the Lord of hosts, saying: Judge ye
true judgment, and shew ye mercy and compas-
sion every man to his brother.

Zachariae 8

7:10 et viduam et pupillum et advenam et pauperem
nolite calumniari et malum vir fratri suo non
cogitet in corde suo

7:11 et noluerunt adtendere et verterunt scapulam
recedentem et aures suas adgravaverunt ne
audirent

7:12 et cor suum posuerunt adamantem ne audirent
legem et verba quae misit Dominus exercituum
in spiritu suo per manum prophetarum priorum
et facta est indignatio magna a Domino
exercituum

7:13 et factum est sicut locutus est et non audierunt
sic clamabunt et non exaudiam dicit Dominus
exercituum

7:14 et dispersi eos per omnia regna quae nesciunt
et terra desolata est ab eis eo quod non esset
transiens et revertens et posuerunt terram
desiderabilem in desertum

Zacharias 8

7:10 And oppress not the widow, and the fatherless,
and the stranger, and the poor: and let not a
man devise evil in his heart against his brother.

7:11 But they would not hearken, and they turned
away the shoulder to depart: and they stopped
their ears, not to hear.

7:12 And they made their heart as the adamant
stone, lest they should hear the law, and the
words which the Lord of hosts sent in his spirit
by the hand of the former prophets: so a great
indignation came from Lord of hosts.

7:13 And it came to pass that as he spoke, and they
heard not: so shall they cry, and I will not hear,
saith the Lord of hosts.

7:14 And I dispersed them throughout all kingdoms,
which they know not: and the land was left
desolate behind them, so that no man passed
through or returned: and they changed the de-
lightful land into a wilderness.

Chapter 8

8:1 et factum est verbum Domini exercituum dicens

8:2 haec dicit Dominus exercituum zelatus sum Sion
zelo magno et indignatione magna zelatus sum
eam

8:3 haec dicit Dominus exercituum reversus sum
ad Sion et habitabo in medio Hierusalem et
vocabitur Hierusalem civitas veritatis et mons
Domini exercituum mons sanctificatus

8:4 haec dicit Dominus exercituum adhuc habitabunt
senes et anus in plateis Hierusalem et viri
baculus in manu eius prae multitudine dierum

8:5 et plateae civitatis complebuntur infantibus et
puellis ludentibus in plateis eius

8:6 haec dicit Dominus exercituum si difficile
videbitur in oculis reliquiarum populi huius in
diebus illis numquid in oculis meis difficile erit
dicit Dominus exercituum

8:1 And the word of the Lord of hosts came to me,
saying:

8:2 Thus saith the Lord of hosts: I have been jealous
for Sion with a great jealousy, and with a great
indignation have I been jealous for her.

8:3 Thus saith the Lord of hosts: I am returned to
Sion, and I will dwell in the midst of Jerusalem:
and Jerusalem shall be called The city of truth,
and the mountain of the Lord of hosts, The sanc-
tified mountain.

8:4 Thus saith the Lord of hosts: There shall yet
old men and old women dwell in the streets of
Jerusalem: and every man with his staff in his
hand through multitude of days.

8:5 And the streets of the city shall be full of boys
and girls, playing in the streets thereof.

8:6 Thus saith the Lord of hosts: If it seem hard in
the eyes of the remnant of this people in those
days: shall it be hard in my eyes, saith the Lord
of hosts?

Zachariae 8

8:7 haec dicit Dominus exercituum ecce ego salvabo
populum meum de terra orientis et de terra
occasus solis
8:8 et adducam eos et habitabunt in medio
Hierusalem et erunt mihi in populum et ego ero
eis in Deum in veritate et iustitia
8:9 haec dicit Dominus exercituum confortentur
manus vestrae qui auditis in diebus his sermones
istos per os prophetarum in die qua fundata
est domus Domini exercituum ut templum
aedificaretur
8:10 siquidem ante dies illos merces hominum
non erat nec merces iumentorum erat neque
introeunti et exeunti erat pax prae tribulatione
et dimisi omnes homines unumquemque contra
proximum suum
8:11 nunc autem non iuxta dies priores ego faciam
reliquis populi huius dicit Dominus exercituum

Zacharias 8

8:7 Thus saith the Lord of hosts: Behold I will save
my people from the land of the east, and from
the land of the going down of the sun.
8:8 And I will bring them, and they shall dwell in
the midst of Jerusalem: and they shall be my
people, and I will be their God in truth and in
justice.
8:9 Thus saith the Lord of hosts: Let your hands be
strengthened, you that hear in these days these
words by the mouth of the prophets, in the day
that the house of the Lord of hosts was founded,
that the temple might be built.
8:10 For before those days there was no hire for men,
neither was there hire for beasts, neither was
there peace to him that came in, nor to him that
went out, because of the tribulation: and I let all
men go every one against his neighbour.
8:11 But now I will not deal with the remnant of this
people according to the former days, saith the
Lord of hosts.

Zachariae 8

8:12 sed semen pacis erit vinea dabit fructum suum et
terra dabit germen suum et caeli dabunt rorem
suum et possidere faciam reliquias populi huius
universa haec

8:13 et erit sicut eratis maledictio in gentibus domus
Iuda et domus Israhel sic salvabo vos et eritis
benedictio nolite timere confortentur manus
vestrae

8:14 quia haec dicit Dominus exercituum sicut
cogitavi ut adfligerem vos cum ad iracundiam
provocassent patres vestri me dicit Dominus

8:15 et non sum misertus sic conversus cogitavi in
diebus istis ut benefaciam Hierusalem et domui
Iuda nolite timere

8:16 haec sunt ergo verba quae facietis loquimini
veritatem unusquisque cum proximo suo
veritatem et iudicium pacis iudicate in portis
vestris

Zacharias 8

8:12 But there shall be the seed of peace: the vine shall yield her fruit, and the earth shall give her increase, and the heavens shall give their dew: and I will cause the remnant of this people to possess all these things.

8:13 And it shall come to pass, that as you were a curse among the Gentiles, O house of Juda, and house of Israel: so will I save you, and you shall be a blessing: fear not, let your hands be strengthened.

8:14 For thus saith the Lord of hosts: As I purposed to afflict you, when your fathers had provoked me to wrath, saith the Lord,

8:15 And I had no mercy: so turning again I have thought in these days to do good to the house of Juda, and Jerusalem: fear not.

8:16 These then are the things, which you shall do: Speak ye truth every one to his neighbour; judge ye truth and judgment of peace in your gates.

Zachariae 8

8:17 et unusquisque malum contra amicum suum
ne cogitetis in cordibus vestris et iuramentum
mendax ne diligatis omnia enim haec sunt quae
odi dicit Dominus

8:18 et factum est verbum Domini exercituum ad me
dicens

8:19 haec dicit Dominus exercituum ieiunium quarti
et ieiunium quinti et ieiunium septimi et
ieiunium decimi erit domui Iuda in gaudium
et in laetitiam et in sollemnitates praeclaras
veritatem tantum et pacem diligite

8:20 haec dicit Dominus exercituum usquequo veniant
populi et habitent in civitatibus multis

8:21 et vadant habitatores unus ad alterum dicentes
eamus et deprecemur faciem Domini et
quaeramus Dominum exercituum vadam etiam
ego

8:22 et venient populi multi et gentes robustae ad
quaerendum Dominum exercituum in Hierusalem
et deprecandam faciem Domini

Zacharias 8

8:17 And let none of you imagine evil in your hearts
against his friend: and love not a false oath: for
all these are the things that I hate, saith the
Lord.

8:18 And the word of the Lord of hosts came to me,
saying:

8:19 Thus saith the Lord of hosts: The fast of the
fourth month, and the fast of the fifth, and the
fast of the seventh, and the fast of the tenth
shall be to the house of Juda, joy, and gladness,
and great solemnities: only love ye truth and
peace.

8:20 Thus saith the Lord of hosts, until people come
and dwell in many cities,

8:21 And the inhabitants go one to another, saying:
Let us go, and entreat the face of the Lord, and
let us seek the Lord of hosts: I also will go.

8:22 And many peoples, and strong nations shall
come to seek the Lord of hosts in Jerusalem, and
to entreat the face of the Lord.

8:23 haec dicit Dominus exercituum in diebus illis in
 quibus adprehendent decem homines ex omnibus
 linguis gentium et adprehendent fimbriam viri
 iudaei dicentes ibimus vobiscum audivimus enim
 quoniam Deus vobiscum est

8:23 Thus saith the Lord of hosts: In those days,
 wherein ten men of all languages of the Gentiles
 shall take hold, and shall hold fast the skirt of
 one that is a Jew, saying: We will go with you:
 for we have heard that God is with you.

Chapter 9

9:1 onus verbi Domini in terra Adrach et Damasci
 requiei eius quia Domini est oculus hominis et
 omnium tribuum Israhel

9:1 The burden of the word of the Lord in the land
 of Hadrach, and of Damascus the rest thereof:
 for the eye of man, and of all the tribes of Israel
 is the Lord's.

9:2 Emath quoque in terminis eius et Tyrus et Sidon
 adsumpserunt quippe sibi sapientiam valde

9:2 Emath also in the borders thereof, and Tyre, and
 Sidon: for they have taken to themselves to be
 exceeding wise.

9:3 et aedificavit Tyrus munitionem suam et
 coacervavit argentum quasi humum et aurum
 ut lutum platearum

9:3 And Tyre hath built herself a strong hold, and
 heaped together silver as earth, and gold as the
 mire of the streets.

9:4 ecce Dominus possidebit eam et percutiet in
 mari fortitudinem eius et haec igni devorabitur

9:4 Behold the Lord shall possess her, and shall
 strike her strength in the sea, and she shall be
 devoured with fire.

Zachariae 9

^{9:5} videbit Ascalon et timebit et Gaza et dolebit
nimis et Accaron quoniam confusa est spes
eius et peribit rex de Gaza et Ascalon non
habitabitur

^{9:6} et sedebit separator in Azoto et disperdam
superbiam Philistinorum

^{9:7} et auferam sanguinem eius de ore eius et
abominationes eius de medio dentium eius et
relinquetur etiam ipse Deo nostro et erit quasi
dux in Iuda et Accaron quasi Iebuseus

^{9:8} et circumdabo domum meam ex his qui militant
mihi euntes et revertentes et non transibit super
eos ultra exactor quia nunc vidi in oculis meis

^{9:9} exulta satis filia Sion iubila filia Hierusalem ecce
rex tuus veniet tibi iustus et salvator ipse pauper
et ascendens super asinum et super pullum filium
asinae

Zacharias 9

^{9:5} Ascalon shall see, and shall fear, and Gaza, and
shall be very sorrowful: and Accaron, because
her hope is confounded: and the king shall per-
ish from Gaza, and Ascalon shall not be inhab-
ited.

^{9:6} And the divider shall sit in Azotus, and I will
destroy the pride of the Philistines.

^{9:7} And I will take away his blood out of his mouth,
and his abominations from between his teeth:
and even he shall be left to our God, and he
shall be as a governor in Juda, and Accaron as
a Jebusite.

^{9:8} And I will encompass my house with them that
serve me in war, going and returning, and the
oppressor shall no more pass through them: for
now I have seen with my eyes.

^{9:9} Rejoice greatly, O daughter of Sion, shout for
joy, O daughter of Jerusalem: BEHOLD THY
KING will come to thee, the just and saviour: he
is poor, and riding upon an ass, and upon a colt,
the foal of an ass.

Zachariae 9

9:10 et disperdam quadrigam ex Ephraim et equum
de Hierusalem et dissipabitur arcus belli et
loquetur pacem gentibus et potestas eius a mari
usque ad mare et a fluminibus usque ad fines
terrae

9:11 tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti
vinctos tuos de lacu in quo non est aqua

9:12 convertimini ad munitionem vincti spei hodie
quoque adnuntians duplicia reddam tibi

9:13 quoniam extendi mihi Iudam quasi arcum
implevi Ephraim et suscitabo filios tuos Sion
super filios tuos Graecia et ponam te quasi
gladium fortium

9:14 et Dominus Deus super eos videbitur et exhibit
ut fulgur iaculum eius et Dominus Deus in tuba
canet et vadet in turbine austri

9:15 Dominus exercituum proteget eos et devorabunt
et subicient lapidibus fundae et bibentes
inebriabuntur quasi vino et replebuntur ut fialae
et quasi cornua altaris

Zacharias 9

9:10 And I will destroy the chariot out of Ephraim,
and the horse out of Jerusalem, and the bow for
war shall be broken: and he shall speak peace to
the Gentiles, and his power shall be from sea to
sea, and from the rivers even to the end of the
earth.

9:11 Thou also by the blood of thy testament hast
sent forth thy prisoners out of the pit, wherein is
no water.

9:12 Return to the strong hold, ye prisoners of hope, I
will render thee double as I declare today.

9:13 Because I have bent Juda for me as a bow, I
have filled Ephraim: and I will raise up thy sons,
O Sion, above thy sons, O Greece, and I will
make thee as the sword of the mighty.

9:14 And the Lord God shall be seen over them, and
his dart shall go forth as lightning: and the Lord
God will sound the trumpet, and go in the whirl-
wind of the south.

9:15 The Lord of hosts will protect them: and they
shall devour, and subdue with the stones of the
sling: and drinking they shall be inebriated as it
were with wine, and they shall be filled as bowls,
and as the horns of the altar.

Zachariae 10

9:16 et salvabit eos Dominus Deus eorum in die illa ut
gregem populi sui quia lapides sancti elevantur

super terram eius

9:17 quid enim bonum eius est et quid pulchrum eius
nisi frumentum electorum et vinum germinans

virgines

Zacharias 10

9:16 And the Lord their God will save them in that
day, as the flock of his people: for holy stones
shall be lifted up over his land.

9:17 For what is the good thing of him, and what is
his beautiful thing, but the corn of the elect, and
wine springing forth virgins?

Chapter 10

10:1 petite a Domino pluviam in tempore serotino et
Dominus faciet nives et pluviam imbris dabit eis

singulis herbam in agro

10:2 quia simulacra locuta sunt inutile et divini
viderunt mendacium et somniatores frustra

locuti sunt vane consolabantur idcirco abducti

sunt quasi grex adfligentur quia non est eis

pastor

10:3 super pastores iratus est furor meus et

super hircos visitabo quia visitavit Dominus

exercituum gregem suum domum Iuda et posuit

eos quasi equum gloriae suae in bello

10:1 Ask ye of the Lord rain in the latter season, and
the Lord will make snows, and will give them
showers of rain, to every one grass in the field.

10:2 For the idols have spoken what was unprofitable,
and the diviners have seen a lie, and the dream-
ers have spoken vanity: they comforted in vain:
therefore they were led away as a flock: they
shall be afflicted, because they have no shepherd.

10:3 My wrath is kindled against the shepherds, and
I will visit upon the buck goats: for the Lord of
hosts hath visited his flock, the house of Juda,
and hath made them as the horse of his glory in
the battle.

Zachariae 10

10:4 ex ipso angulus ex ipso paxillus ex ipso arcus
proelii ex ipso egredietur omnis exactor simul

10:5 et erunt quasi fortes conculcantes lutum viarum
in proelio et bellabunt quia Dominus cum eis et
confundentur ascensores equorum

10:6 et confortabo domum Iuda et domum Ioseph
salvabo et convertam eos quia miserebor eorum
et erunt sicut fuerunt quando non proieceram eos
ego enim Dominus Deus eorum et exaudiam eos

10:7 et erunt quasi fortes Ephraim et laetabitur cor
eorum quasi a vino et filii eorum videbunt et
laetabuntur et exultabit cor eorum in Domino

10:8 sibilabo eis et congregabo illos quia redemi eos et
multiplicabo eos sicut ante fuerant multiplicati

10:9 et seminabo eos in populis et de longe
recordabuntur mei et vivent cum filiis suis et
revertentur

Zacharias 10

10:4 Out of him shall come forth the corner, out of
him the pin, out of him the bow of battle, out of
him ever exacter together.

10:5 And they shall be as mighty men, treading under
foot the mire of the ways in battle: and they
shall fight, because the Lord is with them, and
the riders of horses shall be confounded.

10:6 And I will strengthen the house of Juda, and
save the house of Joseph: and I will bring them
back again, because I will have mercy on them:
and they shall be as they were when I had not
cast them off, for I am the Lord their God, and
will hear them.

10:7 And they shall be as the valiant men of
Ephraim, and their heart shall rejoice as through
wine: and their children shall see, and shall re-
joice, and their heart shall be joyful in the Lord.

10:8 I will whistle for them, and I will gather them
together, because I have redeemed them: and I
will multiply them as they were multiplied be-
fore.

10:9 And I will sow them among peoples: and from
afar they shall remember me: and they shall live
with their children, and shall return.

Zachariae 11

Zacharias 11

10:10 et reducam eos de terra Aegypti et de Assyriis

congregabo eos et ad terram Galaad et Libani

adducam eos et non inuenietur eis locus

10:11 et transibit in maris freto et percutiet in mari

fluctus et confundentur omnia profunda Fluminis

et humiliabitur superbia Assur et sceptrum

Aegypti recedet

10:12 confortabo eos in Domino et in nomine eius

ambulabunt dicit Dominus

10:10 And I will bring them back out of the land of Egypt, and I will gather them from among the Assyrians: and will bring them to the land of Galaad, and Libanus, and place shall not be found for them.

10:11 And he shall pass over the strait of the sea, and shall strike the waves in the sea, and all the depths of the river shall be confounded, and the pride of Assyria shall be humbled, and the sceptre of Egypt shall depart.

10:12 I will strengthen them in the Lord, and they shall walk in his name, saith the Lord.

Chapter 11

11:1 aperi Libane portas tuas et comedat ignis cedros

tuas

11:2 ulula abies quia cecidit cedrus quoniam magnifici

vastati sunt ululate quercus Basan quoniam

succisus est saltus munitus

11:3 vox ululatus pastorum quia vastata est

magnificentia eorum vox rugitus leonum quoniam

vastata est superbia Iordanis

11:1 Open thy gates, O Libanus, and let fire devour thy cedars.

11:2 Howl, thou fir tree, for the cedar is fallen, for the mighty are laid waste: howl, ye oaks of Basan, because the fenced forest is cut down.

11:3 The voice of the howling of the shepherds, because their glory is laid waste: the voice of the roaring of the lions, because the pride of the Jordan is spoiled.

Zachariae 11

- 11:4 haec dicit Dominus Deus meus pasce pecora
occisionis
- 11:5 quae qui possederant occidebant et non dolebant
et vendebant ea dicentes benedictus Dominus
divites facti sumus et pastores eorum non
parcebant eis
- 11:6 et ego non parcam ultra super habitantes
terram dicit Dominus ecce ego tradam homines
unumquemque in manu proximi sui et in manu
regis sui et concident terram et non eruam de
manu eorum
- 11:7 et pascam pecus occisionis propter hoc o
pauperes gregis et adsumpsi mihi duas virgas
unam vocavi Decorem et alteram vocavi
Funiculos et pavi gregem
- 11:8 et succidi tres pastores in mense uno et contracta
est anima mea in eis siquidem anima eorum
variavit in me

Zacharias 11

- 11:4 Thus saith the Lord my God: Feed the flock of
the slaughter,
- 11:5 Which they that possessed, slew, and repented
not, and they sold them, saying: Blessed be the
Lord, we are become rich: and their shepherds
spared them not.
- 11:6 And I will no more spare the inhabitants of the
land, saith the Lord: behold I will deliver the
men, every one into his neighbour's hand, and
into the hand of his king: and they shall destroy
the land, and I will not deliver it out of their
hand.
- 11:7 And I will feed the flock of slaughter for this, O
ye poor of the flock. And I took unto me two
rods, one I called Beauty, and the other I called
a Cord, and I fed the flock.
- 11:8 And I cut off three shepherds in one month, and
my soul was straitened in their regard: for their
soul also varied in my regard.

Zachariae 11

Zacharias 11

11:9 et dixi non pascam vos quod moritur moriatur
et quod succiditur succidatur et reliqui vorent
unusquisque carnem proximi sui

11:10 et tuli virgam meam quae vocabatur Decus et
abscidi eam ut irritum facerem foedus meum
quod percussi cum omnibus populis

11:11 et in irritum deductum est in die illa et
cognoverunt sic pauperes gregis qui custodiunt
mihi quia verbum Domini est

11:12 et dixi ad eos si bonum est in oculis vestris
adferte mercedem meam et si non quiescite et
adpenderunt mercedem meam triginta argenteos

11:13 et dixit Dominus ad me proice illud ad
statuarium decorum pretium quod adpretiatus
sum ab eis et tuli triginta argenteos et proieci
illos in domo Domini ad statuarium

11:14 et praecidi virgam meam secundam quae
appellabatur Funiculus ut dissolverem
germanitatem inter Iudam et inter Israhel

11:9 And I said: I will not feed you: that which di-
eth, let it die: and that which is cut off, let it
be cut off: and let the rest devour every one the
flesh of his neighbour.

11:10 And I took my rod that was called Beauty, and I
cut it asunder to make void my covenant, which
I had made with all people.

11:11 And it was made void in that day: and so the
poor of the flock that keep for me, understood
that it is the word of the Lord.

11:12 And I said to them: If it be good in your eyes,
bring hither my wages: and if not, be quiet. And
they weighed for my wages thirty pieces of silver.

11:13 And the Lord said to me: Cast it to the statu-
ary, a handsome price, that I was prized at by
them. And I took the thirty pieces of silver, and
I cast them into the house of the Lord to the
statuary.

11:14 And I cut off my second rod that was called a
Cord, that I might break the brotherhood be-
tween Juda and Israel.

Zachariae 12

Zacharias 12

11:15 et dixit Dominus ad me adhuc sume tibi vasa

pastoris stulti

11:16 quia ecce ego suscitabo pastorem in terra qui

derelicta non visitabit dispersum non quaeret

et contritum non sanabit et id quod stat non

enutriet et carnes pinguium comedet et ungulas

eorum dissolvat

11:17 o pastor et idolum derelinquens gregem gladius

super brachium eius et super oculum dextrum

eius brachium eius ariditate siccabitur et oculus

dexter eius tenebrescens obscurabitur

11:15 And the Lord said to me: Take to thee yet the instruments of a foolish shepherd.

11:16 For behold I will raise up a shepherd in the land, who shall not visit what is forsaken, nor seek what is scattered, nor heal what is broken, nor nourish that which standeth, and he shall eat the flesh of the fat ones, and break their hoofs.

11:17 O shepherd, and idol, that forsaketh the flock: the sword upon his arm and upon his right eye: his arm shall quite wither away, and his right eye shall be utterly darkened.

Chapter 12

12:1 onus verbi Domini super Israhel dixit Dominus

extendens caelum et fundans terram et fingens

spiritum hominis in eo

12:2 ecce ego ponam Hierusalem superliminare

crapulae omnibus populis in circuitu sed et Iuda

erit in obsidione contra Hierusalem

12:1 The burden of the word of the Lord upon Israel. Thus saith the Lord, who stretcheth forth the heavens, and layeth the foundations of the earth, and formeth the spirit of man in him:

12:2 Behold I will make Jerusalem a lintel of surfeiting to all the people round about: and Juda also shall be in the siege against Jerusalem.

12:3 et erit in die illa ponam Hierusalem lapidem
 oneris cunctis populis omnes qui levabunt eam
 concisione lacerabuntur et colligentur adversum
 eam omnia regna terrae

12:4 in die illa dicit Dominus percutiam omnem
 equum in stuporem et ascensorem eius in
 amentiam et super domum Iuda aperiā oculos
 meos et omnem equum populorum percutiam in
 caecitate

12:5 et dicent duces Iuda in corde suo confortentur
 mihi habitatores Hierusalem in Domino
 exercituum Deo eorum

12:6 in die illo ponam duces Iuda sicut caminum
 ignis in lignis et sicut facem ignis in faeno et
 devorabunt ad dextram et ad sinistram omnes
 populos in circuitu et habitabitur Hierusalem
 rursum in loco suo in Hierusalem

12:7 et salvabit Dominus tabernacula Iuda sicut in
 principio ut non magnifice gloriatur domus David
 et gloria habitantium Hierusalem contra Iudam

12:3 And it shall come to pass in that day, that I
 will make Jerusalem a burdensome stone to all
 people: all that shall lift it up shall be rent and
 torn, and all the kingdoms of the earth shall be
 gathered together against her.

12:4 In that day, saith the Lord, I will strike every
 horse with astonishment, and his rider with mad-
 ness: and I will open my eyes upon the house of
 Juda, and will strike every horse of the nations
 with blindness.

12:5 And the governors of Juda shall say in their
 heart: Let the inhabitants of Jerusalem be
 strengthened for me in the Lord of hosts, their
 God.

12:6 In that day I will make the governors of Juda
 like a furnace of fire amongst wood, and as a
 firebrand amongst hay: and they shall devour
 all the people round about, to the right hand,
 and to the left: and Jerusalem shall be inhabited
 again in her own place in Jerusalem.

12:7 And the Lord shall save the tabernacles of Jada,
 as in the beginning: that the house of David,
 and the glory of the inhabitants of Jerusalem,
 may not boast and magnify themselves against
 Juda.

12:8 in die illo proteget Dominus habitatores
 Hierusalem et erit qui offenderit ex eis in die
 illa quasi David et domus David quasi Dei sicut
 angelus Domini in conspectu eius

12:9 et erit in die illa quaeram contere omnes gentes
 quae veniunt contra Hierusalem

12:10 et effundam super domum David et super
 habitatores Hierusalem spiritum gratiae et
 precum et aspicient ad me quem confixerunt et
 plangent eum planctu quasi super unigenitum
 et dolebunt super eum ut doleri solet in morte
 primogeniti

12:11 in die illa magnus erit planctus in Hierusalem
 sicut planctus Adadremmon in campo Mageddon

12:12 et planget terra familiae et familiae seorsum
 familiae domus David seorsum et mulieres eorum
 seorsum

12:8 In that day shall the Lord protect the inhabitants of Jerusalem, and he that hath offended among them in that day shall be as David: and the house of David, as that of God, as an angel of the Lord in their sight.

12:9 And it shall come to pass in that day, that I will seek to destroy all the nations that come against Jerusalem.

12:10 And I will pour out upon the house of David, and upon the inhabitants of Jerusalem, the spirit of grace, and of prayers: and they shall look upon me, whom they have pierced: and they shall mourn for him as one mourneth for an only son, and they shall grieve over him, as the manner is to grieve for the death of the firstborn.

12:11 In that day there shall be a great lamentation in Jerusalem like the lamentation of Adadremmon in the plain of Mageddon.

12:12 And the land shall mourn: families and families apart: the families of the house of David apart, and their women apart:

Zachariae 13

Zacharias 13

12:13 familiae domus Nathan seorsum et mulieres
eorum seorsum familiae domus Levi seorsum et
mulieres eorum seorsum familiae Semei seorsum
et mulieres eorum seorsum

12:14 omnes familiae reliquae familiae et familiae
seorsum et mulieres eorum seorsum

12:13 The families of the house of Nathan apart, and
their women apart: the families of the house of
Levi apart, and their women apart: the families
of Semei apart, and their women apart.

12:14 All the rest of the families, families and families
apart, and their women apart.

Chapter 13

13:1 in die illa erit fons patens domus David
et habitantibus Hierusalem in ablutionem
peccatoris et menstruatae

13:2 et erit in die illa dicit Dominus exercituum
disperdam nomina idolorum de terra et non
memorabuntur ultra et prophetas et spiritum
inmundum auferam de terra

13:3 et erit cum prophetaverit quispiam ultra dicent
ei pater eius et mater eius qui genuerunt eum
non vives quia mendacium locutus es in nomine
Domini et configent eum pater eius et mater eius
genitores eius cum prophetaverit

13:1 In that day there shall be a fountain open to
the house of David, and to the inhabitants of
Jerusalem: for the washing of the sinner, and of
the unclean woman.

13:2 And it shall come to pass in that day, saith the
Lord of hosts, that I will destroy the names of
idols out of the earth, and they shall be remem-
bered no more: and I will take away the false
prophets, and the unclean spirit out of the earth.

13:3 And it shall come to pass, that when any man
shall prophesy any more, his father and his
mother that brought him into the world, shall
say to him: Thou shalt not live: because thou
hast spoken a lie in the name of the Lord. And
his father, and his mother, his parents, shall
thrust him through, when he shall prophesy.

13:4 et erit in die illa confundentur prophetae
 unusquisque ex visione sua cum prophetaverit
 nec operientur pallio saccino ut mentiantur

13:5 sed dicet non sum propheta homo agricola
 ego sum quoniam Adam exemplum meum ab
 adulescentia mea

13:6 et dicetur ei quid sunt plagae istae in medio
 manuum tuarum et dicet his plagatus sum in
 domo eorum qui diligebant me

13:7 framea suscitare super pastorem meum et
 super virum coherentem mihi dicit Dominus
 exercituum percute pastorem et dispergantur
 oves et convertam manum meam ad parvulos

13:8 et erunt in omni terra dicit Dominus partes duae
 in ea disperdentur et deficient et tertia pars
 relinquetur in ea

13:4 And it shall come to pass in that day, that the
 prophets shall be confounded, every one by his
 own vision, when he shall prophesy, neither shall
 they be clad with a garment of sackcloth, to de-
 ceive:

13:5 But he shall say: I am no prophet, I am a hus-
 bandman: for Adam is my example from my
 youth.

13:6 And they shall say to him: What are these
 wounds in the midst of thy hands? And he shall
 say: With these I was wounded in the house of
 them that loved me.

13:7 Awake, O sword, against my shepherd, and
 against the man that cleaveth to me, saith the
 Lord of hosts: strike the shepherd, and the sheep
 shall be scattered: and I will turn my hand to
 the little ones.

13:8 And there shall be in all the earth, saith the
 Lord, two parts in it shall be scattered, and shall
 perish: but the third part shall be left therein.

13:9 et ducam tertiam partem per ignem et uram
 eas sicut uritur argentum et probabo eos sicut
 probatur aurum ipse vocabit nomen meum et
 ego exaudiam eum dicam populus meus es et
 ipse dicet Dominus Deus meus

13:9 And I will bring the third part through the fire,
 and will refine them as silver is refined: and I
 will try them as gold is tried. They shall call on
 my name, and I will hear them. I will say: Thou
 art my people: and they shall say: The Lord is
 my God.

Chapter 14

14:1 ecce dies veniunt Domini et dividentur spolia tua
 in medio tui

14:1 Behold the days of the Lord shall come, and thy
 spoils shall be divided in the midst of thee.

14:2 et congregabo omnes gentes ad Hierusalem in
 proelium et capietur civitas et vastabuntur
 domus et mulieres violabuntur et egredietur
 media pars civitatis in captivitatem et reliquum
 populi non auferetur ex urbe

14:2 And I will gather all nations to Jerusalem to
 battle, and the city shall be taken, and the
 houses shall be rifled, and the women shall be
 defiled: and half of the city shall go forth into
 captivity, and the rest of the people shall not be
 taken away out of the city.

14:3 et egredietur Dominus et proeliabitur contra
 gentes illas sicut proeliatus est in die certaminis

14:3 Then the Lord shall go forth, and shall fight
 against those nations, as when he fought in the
 day of battle.

14:4 et stabunt pedes eius in die illa super montem

Olivarum qui est contra Hierusalem ad orientem

et scindetur mons Olivarum ex media parte

sui ad orientem et occidentem praerupto

grandi valde et separabitur medium montis ad

aquilonem et medium eius ad meridiem

14:5 et fugietis ad vallem montium meorum quoniam

coniungetur vallis montium usque ad proximum

et fugietis sicut fugistis a facie terraemotus in

diebus Oziae regis Iuda et veniet Dominus Deus

meus omnesque sancti cum eo

14:6 et erit in die illa non erit lux sed frigus et gelu

14:7 et erit dies una quae nota est Domino non dies

neque nox et in tempore vesperae erit lux

14:8 et erit in die illa exibunt aquae vivae de

Hierusalem medium earum ad mare orientale

et medium earum ad mare novissimum in aestate

et in hieme erunt

14:9 et erit Dominus rex super omnem terram in die

illa erit Dominus unus et erit nomen eius unum

14:4 And his feet shall stand in that day upon the mount of Olives, which is over against Jerusalem towards the east: and the mount of Olives shall be divided in the midst thereof to the east, and to the west with a very great opening, and half of the mountain shall be separated to the north, and half thereof to the south.

14:5 And you shall flee to the valley of those mountains, for the valley of the mountains shall be joined even to the next, and you shall flee as you fled from the face of the earthquake in the days of Ozias king of Juda: and the Lord my God shall come, and all the saints with him.

14:6 And it shall come to pass in that day, that there shall be no light, but cold and frost.

14:7 And there shall be one day, which is known to the Lord, not day nor night: and in the time of the evening there shall be light:

14:8 And it shall come to pass in that day, that living waters shall go out from Jerusalem: half of them to the east sea, and half of them to the last sea: they shall be in summer and in winter.

14:9 And the Lord shall be king over all the earth: in that day there shall be one Lord, and his name shall be one.

14:10 et revertetur omnis terra usque ad desertum
 de colle Remmon ad austrum Hierusalem et
 exaltabitur et habitabit in loco suo a porta
 Benjamin usque ad locum portae Prioris usque
 ad portam Angulorum et a turre Ananehel usque
 ad torcularia regis

14:11 et habitabunt in ea et anathema non erit
 amplius sed sedebit Hierusalem segura

14:12 et haec erit plaga qua percutiet Dominus omnes
 gentes quae pugnaverunt adversus Hierusalem
 tabescet caro uniuscuiusque stantis super pedes
 suos et oculi eius contabescent in foraminibus
 suis et lingua eorum contabescet in ore suo

14:13 in die illo erit tumultus Domini magnus in
 eis et adprehendet vir manum proximi sui et
 conseretur manus eius super manum proximi sui

14:14 sed et Iudas pugnabit adversus Hierusalem et
 congregabuntur divitiae omnium gentium in
 circuitu aurum et argentum et vestes multae
 satis

14:10 And all the land shall return even to the
 desert, from the hill to Remmon to the south
 of Jerusalem: and she shall be exalted, and shall
 dwell in her own place, from the gate of Ben-
 jamin even to the place of the former gate, and
 even to the gate of the corners: and from the
 tower of Hananeel even to the king's winepresses.

14:11 And people shall dwell in it, and there shall be
 no more an anathema: but Jerusalem shall sit
 secure.

14:12 And this shall be the plague wherewith the Lord
 shall strike all nations that have fought against
 Jerusalem: the flesh of every one shall consume
 away while they stand upon their feet, and their
 eyes shall consume away in their holes, and their
 tongue shall consume away in their mouth.

14:13 In that day there shall be a great tumult from
 the Lord among them: and a man shall take
 the hand of his neighbour, and his hand shall
 be clasped upon his neighbour's hand.

14:14 And even Juda shall fight against Jerusalem:
 and the riches of all nations round about shall
 be gathered together, gold, and silver, and gar-
 ments in great abundance.

14:15 et sic erit ruina equi et muli cameli et asini et
omnium iumentorum quae fuerint in castris illis

sicut ruina haec

14:16 et omnes qui reliqui fuerint de universis
gentibus quae venerint contra Hierusalem
ascendent ab anno in annum ut adorent regem
Dominum exercituum et celebrent festivitatem
tabernaculorum

14:17 et erit qui non ascenderit de familiis terrae
ad Hierusalem ut adoret regem Dominum
exercituum non erit super eos imber

14:18 quod si et familia Aegypti non ascenderit et
non venerit nec super eos erit sed erit ruina
qua percutiet Dominus omnes gentes quae
non ascenderint ad celebrandam festivitatem
tabernaculorum

14:19 hoc erit peccatum Aegypti et hoc peccatum
omnium gentium quae non ascenderint ad
celebrandam festivitatem tabernaculorum

14:15 And the destruction of the horse, and of the
mule, and of the camel, and of the ass, and of
all the beasts, that shall be in those tents, shall
be like this destruction.

14:16 And all they that shall be left of all nations that
came against Jerusalem, shall go up from year to
year, to adore the King, the Lord of hosts, and
to keep the feast of tabernacles.

14:17 And it shall come to pass, that he that shall not
go up of the families of the land to Jerusalem, to
adore the King, the Lord of hosts, there shall be
no rain upon them.

14:18 And if the family of Egypt go not up nor come:
neither shall it be upon them, but there shall be
destruction wherewith the Lord will strike all
nations that will not go up to keep the feast of
tabernacles.

14:19 This shall be the sin of Egypt, and this the sin of
all nations, that will not go up to keep the feast
of tabernacles.

Zachariae 14

^{14:20} in die illo erit quod super frenum equi est
sanctum Domino et erunt lebetes in domo
Domini quasi fialae coram altari

Zacharias 14

^{14:20} In that day that which is upon the bridle of the
horse shall be holy to the Lord: and the caldrons
in the house of the Lord shall be as the phials
before the altar.